



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

XXIX. Der Markgraf Otto II. schenkt dem Domcapitel den Zumeltsee bei Brandenburg und einen Theil der Havel 1187.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

moriam et parentum nostrorum apud eosdem fratres in perpetuum habendam eidem ecclesie tradidimus ex consensu et voluntaria collaudatione legitimorum nostrorum heredum. Quod ut immutandi omnibus posteris nostris auferamus occasionem, scripto commendari et sigilli nostri impressione corroborari precipimus, legitimam facientes exfestucationem; orationum autem, que pro hac impensa apud eosdem fratres sunt elemosina, particeps esse volens, illo tempore in eodem burgo comes Sifridus honeste et discipline juvenutis, que fructuosam polliceri solet etatem, pretaxatam villam, quomodo eam de manibus principum prenominatorum jure tenebat feudali, ipsis principibus resignavit et ita principes proprietatem suam, ipse quoque burggravius omnem usum ville forinfecus et intrinfecus et cum omnibus attinentiis predictae contulerunt ecclesie, similiter ad burggravi et parentum suorum memoriam apud eos perpetualiter habendam, ita tamen, ut advocatia in eum et in suos legitimos heredes revertatur. Ex edicto quoque et institutione tam principum quam ipsius comitis burgi, quorum parentes primo terminos ejusdem ecclesie sicut et filii secundo multa sanguinis aspersione gentilium irrigaverunt et ecclesiam dei in eis pro posse suo plantaverunt, que adhuc ab eorundem gentilium incurfu frequenter molestatur, Tertia pars ville prememorata ad luminaria tantum et ad reliqua custodie necessaria immutabiliter devolvenda est, due autem ad fratrum prebendas ampliandas. Quod ut immutabile similiter a suis posteris permaneat, hanc nobilium est illustrium virorum presentiam traxit in testimonium: Adelberti filii marchionis de Misene, comitis Friderici de Anvort, Walteri de Arnsten, Cunradi, filii burggravi Sifridi de Arneburg ex familia ipsius marchionis, Winrici, capellani, Hermanni, scriptoris, Kunonis, capellani. Sunt autem facta anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXXX<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>., summum pontificium in sancta romana ecclesia regente Urbano III., regnante feliciter Friderico, Romanorum imperatore invictissimo, in metropoli Magdeburgensi Wigmanno archiepiscopo, in Brandenburg Balderammo episcopo, Hinrico existente preposito, Martino priore in eadem ecclesia.

Nach der Copie im alten Copialbuche. — In Gercken's Abdrucke, Stiftehiste 380, heißt der Ort, von welchem die Urkunde handelt, immer Remoldestorp.

#### XXIX. Der Markgraf Otto II. schenkt dem Domcapitel den Zumeltsee bei Brandenburg und einen Theil der Havel 1187.

— Otto, dei gratia hujus nominis secundus marchio in Brandeburch — ecclesiam cathedralem beati Petri, principis apostolorum, in urbe Brandeburch a pie memorie rege Ottone fundatam et constructam, longo tempore dirutam et a paganis pene annullatam, deo auxiliante per Ottonem, marchionem in Brandeburch, patrem meum felicitis memorie, et alios principes quam plures redificatam modis omnibus, quantum divina michi prestat gratia, sublimare ac prepositi et canonicorum et eorum successorum ejusdem ecclesie juxta regulam beati Augustini in eadem ecclesia deo servientium tenuitati et inopie subuenire studeo, ut deo liberius militare valeant, et numerus Christianorum cum incremento rerum presentis et future felicitatis mei et meorum heredum et successorum omniumque Christi fidelium augeatur et ydolorum cultura magis evitetur, eiusdem ecclesie preposito, canonicis eorumque successoribus ad prebendas eorum ampliandas dono et proprio stagnum Zumit michi a Burchardo de Plozeke, qui ipsum a me in feudum tenuit, voluntarie resignatum nec non superiorem Obulam a Cosetzynre Obula a loco, qui dicitur Bisebusch, versus Cosetzyn



tisque ad locum, qui dicitur Vürstede, inclusive, cum proprietate, hereditate, censibus, redditibus, fructibus, proventibus, pratis, piscuis, insulis, paludibus, stratis publicis, communibus meatibus et transitibus, quibuscunque viis et inviis, gurgustis seu piscium capturis, meliorandis contractis et collapsis reficiendis et alias de novo struendis cum meliorationibus et accrescentiis, piscationibus magnis et parvis ac tractionibus quocunque tempore, quando eis placet, cum superiori et inferiori iudicio, limitationibus ac omnibus et singulis suis pertinentiis universis libere. Preterea nullus in ea cum Puert, Lamme, Alrep, Hevekoruen, Rufestellen, Eskorven, Klevenetten, Vloken nec aliquo genere piscationis possit nec debeat piscare, palos ponere, gurgusta vel aliquas capturas piscium de novo struere, nisi de predictorum prepositi et canonicorum voluntate, consensu et licentia speciali ei expressa. In contrarium venientes auctoritate et nomine ecclesie prepositi et canonicorum eorundem valeant licite impignorari ac alio modo constructa dirui. Insuper inferiorem Obulam retro urbem Brandeburch et Woltitz usque Pardwin cum aquis, aquarum accursibus et decursibus piscationibus, paludibus, graminibus, superiori et inferiori iudicio ea libertate, ut prepositus et canonici, ibidem deo militantes plenam habeant potestatem ponendi et struendi in hac Obula inferiori et eam in urbe Brandeburch et alias ducendi et convertendi in utilitatem eorum et dicte ecclesie, sicut eis placet, contradictione cuiuscunque non obstante, in perpetuum cum plenitudine proprietatis libere habendum. Quicumque vero huic mee donationi, appropriationi et facto contraire vel ea infringere attemptaverit decem libras auri purissimi prefate ecclesie Brandeburch totiens, quotiens contrafactum fuerit, irremissibiliter persolvat. Preterea quecunque bona ac possessiones, que avus et pater meus Otto, marchio in Brandeburch ac alii principes, nobiles et Christi fideles eidem ecclesie beati Petri, principis apostolorum, in Brandeburch contulerunt, et ego rata et illesa permanere recognosco et statuo, nichil michi, heredibus et successoribus meis in eisdem reservando. Ut igitur firma et stabilis mea donatio et appropriatio presentibus et futuris temporibus perseveret et canonicis, in prefata ecclesia deo famulantibus, fiat quoad temporale subsidium fructuosa, et hoc factum meum a labili memoria hominum in posterum non recedat, omnem ambiguitatem removendo prefens scriptum ex certa mea scientia mei sigilli impressione munivi. Testes hujus rei sunt, quorum nomina sunt hec: Adelbertus, filius marchionis de Misene, comes Fredericus de Anvort, Walterus de Arnsteyn, Cunradus filius Sifridi de Arneburgh capellanus marchionis. Sunt autem facta anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. octuagesimo septimo, summum pontificatum in sancta Romana ecclesia regente Urbano III<sup>o</sup>., regnante Frederico, Romanorum imperatore invictissimo feliciter. Amen.

Nach dem Originale. x

**XXX. Der Pappst Clemens III. bestätigt dem Domcapitel alle Besitzungen und Gerechtfame,  
am 29. Mai 1188.**

Clemens episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Henrico preposito Brandeburgensis ecclesie ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum — dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatam Brandeburgensem ecclesiam, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, inprimis siquidem statuantes, ut ordo ca-